





1624.

1. Goldbaccius, Matthaeus: De fidejussoribus.
2. Francius, Joannes: De metallorum cum natura, fun-
usu, eoque cum principis chymiatrico.
3. Schönhausen, Jacobus: De jure finium regundorum.

1625.

1. Goldbaccius, Matthaeus: De jure praedationis Creditorum

1631.

- Herserianus, Cyriacus: Commentarius ad l. Imperator. ff. de
appellationibus

1632.

- Goldbaccius, Matthaeus: De legali actorum poenitentia.

1636.

1. Carpzovius, Christianus: De antichresi
2. Carpzovius, Christianus: De tutelarum ac curatellarum
jure.

1643.

Brunnemannus, Johannes: Dissertatio iuridica exhibens
positiones quasdam miscellaneas circa amplissimam
crediti et debiti potissimum materiam.

1644.

Brunnemannus, Johannes: De homicidio.

1645.

Brunnemannus, Johannes: Controversi aliquot juris
decisiones.

1647.

1. Beermannus, Fredericus: De legitimis belli causis.

2. Goldbachius, Matthaeus: Dissertatio inaug. ad tot. lit. Cos.
de precibus Imperatori offerendis.

3. Goldbachius, Matthaeus: De feloniam.

4. Grossen, Henningus: De querela inofficiosi testamenti.

5. Grossen, Henningus: De furto et rapina.

6. Grossen, Henningus: De lege Aquilia et injuriis

1648

1^a 2^b Grossen, Henningus: De Sacris Romanorum jure.

2^a Sumpt 1648 à 1672.

Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



7489.

1

DE
FIDEJUSSORI.

BUS
DISPUTATIO JURIDICA

1624, 1

Quam
Auspicio divino
Consensu & autoritate
Magnifici, Amplissimi & Consultissimi Jctorum in alma
Viadrina collegij.


PRAESIDIO
Amplissimi & Consultissimi Viri Domini
MATTHÆI COLDEBACII

J. U. D. Professoris pub. Cod. præceptoris & promo-
toris honorandi

Publico examini subjeit
ADAM CRAUSE Berlingo
Marchicus.

Ad diem 25. ~~Aug.~~ Novemb.
in Acroaterio Jctorum.

Jta non honestius erat à quibusdam fidem falli,
quam ab omnibus perfidiam timeri? hoc unum
deest avaritiæ quod beneficia sine sponfore non de-
mus. Senec. lib. 3. c. 15. de
benef.



Frankofurti
Typis exscripsit MICHAEL KOCHIUS.

ANNO
M. DC. XXIV.



FIDELISSORI

REPERTORIUM

AD

COLLEGIUM

ADAM GRASSE

ADAM GRASSE

ADAM GRASSE

ADAM GRASSE



DISQUISITIO DE FIDEJUSSORIBUS.

I.

TAm jure divino c. 11 v. 16. c. 17. v. 18. in Proverb. Salomonis quam humano l. 1. § 1. t. ad SC. Vell. l. 30. § 1. & ibi Iason de pactis fidejussionem dissuaderi non diffitemur, sed inconsultam, circumspectam verò ab utroq; non modo probari t. t. ff. C. de fidej. Nov. 4. § 1. 29. v. 19. & 24. Prov. sed & necessitate Christianæ dilectioni patrocinate exigi contendimus Heig. ad rubr. inst. h. t. n. 7. Ut enim temerarium passim, ita quoque valde inhumanum nullibi fide sua subvenire l. 6. § 3 ff. de off. pracons.

II.

Fidejussor itaque (prior n. verborum potior rerum consideratio l. 7. § ult. ff. de supell. leg. l. 1. pr. de reb. cred.) à fide & jubere dicitur, § pen. inst. h. t. hoc est quod sua fide alienam obligationem esse velit, Wesenb. hic n. 3. inst. Aliud est jubere aliud fidejubere l. 1. § 4. quid juss. Qui alibi sponsor, ubi frustra cum Accursio distinguit Franc. c. 1. n. 22. de fidej. & adpromissor, quem nimis angustè contra l. 5. § 2. de V. O. de indemnitate fidejussore exponit Gædd. ad l. 150. de V. S. & intercessor l. 23. de hered. vend. & præs quod præsens esse debeat, dicitur Cujac. in part. de fidej. in Nov. 4. idem Hering. c. 3. n. 38. & passim. Non n. generali nobis hic sumitur nomine; quo pro omni qui alienam obligationem suscipit vel fide sua esse jubet ponitur l. 53. ff. de contrah. empt. Wesenb. in part. hic n. 2. Franc. c. 1. n. 3.

III.

Est autem fidejussor qui pro debitore principali suo nomine stipulanti promittit, salva manente obligatione principalis pr. inst. h. t. l. 1. § 8 ff. de O. & A. Cujac. in parat. C. de fidej. Vult. hic ad pr. Et Fidejussio est stipulatio, qua, quis interrogatus alienam obligationem sine novatione fide sua esse jubet l. Lucius 24. ff. de fidej. § 8. Inst. h. t. Gædd. de contrah. stip. c. 5. conclus. 5. n. 17. Schneidvv hic ad pr. n. 11.

IV.

Hinc differt ab expromissore quod hic solus l. 7. § 8. ff. de dol. mal. ut principalis l. 30. § 1. de pactis novatione obligetur l. 4. de cōdiēt. caus. dat causa nō secut. A mandatore quod semper præcedat l. 12. § 14

ff. mand. quod consensu contrahatur l. 1. l. 27. pr. Mand. inst. de obl. que consens. contrab. Wesenb. in par. n. 2. 3. § 6. Mand. reque integra revocari possit l. 12. § pen. Mand. l. 1. § 2. quod juss. A constituyente quod nudo pacto fiat l. 26. de Const. pec. semper obligationem sequatur l. 2. C. de Const. pec. semper obligationem alienam non requirat, sed quilibet pro se rectè cōstituat § 10. inst. de act. t. t. de const. pec. & Wes. Hic in Par.

Fidejussor autem semper cum alio ut accessio sine novatione obligatur l. 1. § 8. ff. de O. & A. l. 6. § 2. l. 16. pr. ff. b. t. l. 5. § 2. de V. O. Et præcedit & sequitur §. 4. inst. b. t. l. stipulatio 6. §. 2. l. quod est 7. l. 8. §. 3. ff. b. t. (licet magis quoad verborum anteeat conceptum quam effectū quin & juris intellectu semper posterior; sicuti codicillus testamenti sequela dicitur cum ante tamē illud cōfici possit) *Hering. c. 11. n. 186. Hilfig. in Donell. enucl. part. 1. lib. 15. c. 48. in not. lit. (e).* Sollennitatem requirit l. 12. C. b. t. revocare non potest invito creditore, cui est obligatus proprio nomine licet alius gratia l. 4. § 1. ff. b. t. *Wesenb. par. n. 6. de fidej. Cujac. C. de fid. & in Nov. 4. & idem in C. de novat. Vultej. hic ad pr. n. 5.*

V.

Sic distincta fidejussio dividitur 1. ratione finis in judiciale, quia in judicio ob securitatem adversario idoneis fidejussoribus cavetur l. 1. l. 4. ff. de cust. reor. Idoneis dico tam facultate l. 134. § 1. de V. S. l. 2. ff. qui satisd. cog. *Gædd. ad d. 134. de V. S. & conveniendi facilitate l. 2. l. 7. in pr. qui sat. cog. Wesenb. conf. 14. n. 20.* quam agnatione rei & hæc conditio prævalet cæteris, ut si ad sit, non magni pendatur locuples sit nec ne l. 1. l. 2. in jus voc. ut eant. l. 2. §. 2. & 4. qui satisd. cog. Et hæc propriè satisfactio est, quæ regulariter fit fidejussoribus l. 1. ff. qui satisd. cog. l. 1. ff. de prator. stip. l. pratoria 7. l. sancimus C. de V. S. post *Alciatum Gædd. ad l. 150. de V. S. Marantb. in suo process. part. 6. memb. 8. de satisd. vel extrajudiciale quæ frequentatur in contractibus & quæ pro reo principali fides nostra adstringitur l. 2. ff. b. t. l. 5. princ. d. V. O.*

VI.

Deinde 2. ratione materiæ in criminalem quæ in criminalibus constituitur l. 8. § 5. ff. b. t. & in civilem quæ in civilibus contrahitur l. fidejussor. 16. § 3. & fin. ff. b. t. Et Demum 3. ratione objecti quædam in dando quædam in faciendo consistit l. 23. ff. de re jud. & l. stipulationum alia § stipulatio 1. ff. de V. O.

Con-

VII.

Consideraturi igitur fidejussionem: cum natura agentes constitutionem prius, post resolutionem contemplabimur. Hæc etenim illam, ut habitum privatio, præsupponit *l. 6. de jurej.* Constitutio autem tam causas constituendæ quam constitutæ operationem & effectus edocebit. Causas quidem & externas: efficientem & finem *Wes. in par. hic n. 4. 5.* & internas: materiam & formam ibidem idem.

VIII.

Efficiens igitur (rectè, cum eo prior quod efficit, hic vobis in fronte collocatur) est voluntas personæ idoneæ *Wes. d. l.* Quanquã regulare sit omnes posse intercedere, qui & obligari *Wesenb. d. l.* qui & stipulari *Fr anc. c. 2. n. 2. Harp. ad pr. hic n. 37.* quo pacto excluduntur infans & furiosus etc. Attamen cum nulla regula ab exceptione *l. 202. d. R. l. tuta;* neque hæc erit. Fidejubent igitur omnes (sub qualimitatione etiam illi, qui alias & stipulari & obligari nec tamen fidei ubere possunt, continentur ut mulier miles &c.) qui non prohibentur ut inepti *l. 43. § 1. ff. de procur. l. 12. pr. ff. de judic.* inepti inquam vel sine facto suo vel propria culpa ut prodigus & ebrius; illi vel natura vel statu ut servi milites & clerici: qui natura inepti vel ob intellectum, unde consensus, eumque vel nullum ut infans, furiosus, mente captus vel infirmum ut mulier pupilius minor: vel ob externam virtutem: unde defectus vel loquelæ ut mutus vel auditus ut surdus & eo nobis dabuntur ordine.

IX.

Primo igitur infans prohibetur *§ sed quod 10 inst. de inutil. stip. l. 1. pr. ff. de V. O. l. more §. §. fin. de acquir. her. l. pupillus 189. de R. I. l. 1. C. de fals. monet.* Infantem autem definimus qui annis septem minor *l. §. infanti § 4 C. de jure delib.*

X.

Furiosus qui æquè ut infans quæ agit non intelligit *§ furiosus §. inst. de inutil. stip. l. illud 3. § 1. d. injurijs nec ulla ejus voluntas l. in negotijs 5. l. furiosi 40. de R. I. §. præterea inst. quib. non est permis. fac. test. l. 17. §. filiosam. de injurijs.* Furiosus autem est qui cum furore evidenti grassatur *Bald. in l. furiosi C. de nupt. qui probari solet l. 27. princ. ff. de condit. instit. ab antecedente quidem, quod trux aspectu moribus atrox ore obscenus vel horrenda loquens clamore feralis neque sibi neque obvijs parcit Sennert. lib. 2. inst. med. part. 3. sect. 1. c. 7. de mania pbren. cæterisq; speciebus, quem qui plura desiderat, videat: sufficiat*

hic præcipua præsumptionum fundamenta posuisse. Ex consequente probatur ex carcere vel custodia agnatorum *Bald. in l. congruit § furiosi de off. presid. 2.* ex dato curatore furiosi *Francus hic c. 1 n. 7. ex Mascard.*

X I.

Cum autem furiosorum duo genera alterū perpetuo furore agitetur *l. 14. de off. presid.* alterum quod suas habeat inducias *l. 22. § si maritus solut. matr. l. 20. § ne furiosus ff. qui test. fac. poss. l. 6. c. de cur. fur. l. 9. C. qui test. fac. poss.* ideo & discrimen factum, ut id ab omnibus repellatur *l. 12. § 2. de judic. & d. l. 14. de off. presid. l. 9. de impub. hoc tempore et aliorum lib. 2.* intermissionis omnes actus rectè celebret *l. 2. C. de contrab. empt. d. l. 20. ff. qui test. fac. poss. § 2. Inst. quib. non est permitt. fac. test.* Unde in dubio, si factum tale quod à sana mente videtur profectum, intervalli puncto actum præsumitur *per l. 114. de R. Jur. Franc. c. 2. n. 10.* Mente autem captus licet à furioso distinguatur *l. 25. C. de nupt. l. 2. ff. de inoff. test. l. 6. de cur. fur. l. 8. § 1. de tut. dat. l. ult. C. de adm. tut.* ut demens sic indigitatur n. mente captus *in l. 25. C. de nupt.* non usque quaque mentis errore ducitur ut *Pius in l. bis qui 12. § 2. ff. de tut. & cur. dat.* què consilium deficit, nullū autē in externis furorē ostendit *Bar. in d. l. 25. C. de nupt.* ab eodem tamen jure plerumque procedunt § *consideremus in Auth. ut hi qui oblig. sc. hab. prob. res min. § 4. & 5. Inst. de cur. l. 1. § 1. & ibi Bald. de cur. fur.*

XII.

Et sic de illis qui nullum habent intellectum iusfirmum mulier possidet *l. 2. & ibi DD. de R. I.* ac ideo prohibetur intercedere *l. 1. 2. & r. c. ff. ad S. C. Vell.* quod beneficium tollitur vel proprie ipsius factio dum vel renunciat. *SC. Vell. pen. & ult. ff. ad SC. Vell. l. ult. C. quando mul. off. tut. & c. Nov. 94. c. fin. Nov. 118. c. 5.* quod tam extra quam in iudicio procedere putamus *arg. l. pen. C. de pact. l. 51. C. de episc. & cler. Geil. 2. obs. 77. Wes. cons. 23. n. 8. & 10.* modo de beneficio sit edocta *Pbil. Matth. ad l. 2. § 1. de R. I. ibidem Dec. n. 13* juri n. suo quis ignorato nemo potest renunciare & instrumento factio tres testes subscripserint *l. qui cum tut. 9. § ult. de transact. l. 23. C. ad SC. Vell.* Alias enim cum renunciatio sit facti non præsumeretur. Renunciatio æqui valet si intercessionem post biennium repetat *l. 22. C. ad SC. Vell.* modo non pro marito *Auth. si qua mulier C. eod. 2.* vel jurato intercedat. *Auth. Sacramenta puerum C. si advers. Vend. Geil. d. obs. 77. lib. 2. n. 10.* Proprio quoque

quoq; facto tollitur si decipiendi animo intercedat *l. 2. § 3 ad SC. Vell. l. 18. C. b. r. l. 30 ff eod.* aut pro intercessione pretium accipiat *l. 23. C. ad SC. Vell.* Ceterum mulieris beneficium alterius rei si non major, par tn. favor in casibus jure specialiter expressis evertit: ut si pro libertate *l. pen. C. ad SC. Vell.* si pro dote intercedat *l. fin. C. eod.* si apud minorem pro alio qui non solvendo intercesserit *l. 12 ff de minor.*

XIII.

Porro pupillus sine autoritate tutoris idoneus fidejussor non est *l. 9. § 5 ff de reb cred. l. 9. de auct. tut. § pupill. inst. d. inutil. Scripul.* tam is qui infantia proximior *l. servum pupilli ff rem pupil. salu. for* quam qui pubertati propinquus *l. non tantum de Excus. tut. l. 1. post pr ff de novat* ut nec minor sine curatorum consensu *l. 3. C. de in integ. rest. l. 8 § 1. qui satisd. cog.* Cum n. stipulatio sine qua non fidejussio, civilis sit juris *l. 5. ff de just. jur.* uterque autem tam pupillus quam minor, sub cujus nomine uterque *inst. § ff tut. § curat.* saepe intelligitur sine autoritate tutoris vel curatoris civiliter obligari nequeat: pupillus quidem *l. obligari 43. ff de O & A. l. pupillus 189. de R. I. l. 1. C. de inutil. stipulat. minor v. l. 3. C. de in integ. rest. l. 8. § 1. qui satisd. cog.* à fidejussione quoque arcentur: cum autoritate vero tutorum vel curatorum fidejubere posse, non dubium est *l. 13. ff de aut. & consens. tut.* cum, hac mediante alios sibi nocentes contractus contrahere possint *l. pupill. l. obligat. de auct. & consens. tut.*

XIV.

Pupillum autem finimus qui cum ex aliqua solvendæ patriæ potestatis causa in patris desijt esse potestate, adhuc impubes *l. pupillus 239. de V. S. Minor v.* qui pubertatem excessit minor tamen 25 annis est *l. 3. § minor ff de minor.* Uterque quoque, si fidejusserunt & læsi sunt in integrum restituuntur *l. ait prator. 7. § non solum 3. ff de minor. l. si Titius 48. § 1. de fidej. l. 2. 3. C. de tempor. in integ. rest.* Quapropter cum istiusmodi hominibus contrahere periculum esse nisi indulto beneficio jurato renuocient monet *Geil. lib. 2. Obs. 41. n. 9. Myns. Cent. 3. Observ. 84.*

XV.

In quibus, ut dictum, licet cum pupillo Minor conveniat, habet tamen peculiare hoc, ut si curatorem non habeat fidejubere possit: quia obligatur *l. 3. C. de in integ. rest.* Si vero habeat, nihilominus tamen in certis jure specialiter expressis casibus obligetur. Ut si pro
patre

patre incarcerato se faciat obnoxium *l. ait Prator de minor. l. 1. C. de filiofam. min. Treutl. disp. 28. vol. 2. sub tb. 2. lit. A.* Si dolosè se majorem mentitus *l. 2. pr. C. si minor se major. l. 2. ff. ad SC. Vell.* Si jurato renunciaverit *Auth. Sacram. testum. impub. C. si adv. vend. Franc. c. 2. n. 139. Geil. d. lib. 2. Observ. 41. n. 4.*

XVI.

Et sic de ijs qui ob intellectus partim defectum partim infirmitatem intercedere prohibiti: nunc de illis qui ob defectum vel loquelæ, ut mutus prohibetur *l. 1. § pen. ff. de O. & A. l. 1. de V. O. vel auditus ut surdus d. l. ff. de V. O. § mutum inst. de inutil. Stipul.* Ut autem surdus est, non qui tarda, sed qui omnino non exaudit *§ 8. inst. de inutil. stip.* ita mutus, non qui difficulter vel vitiose, sed omnino non loquitur *l. mutum 9. ff. de adilit. edict.* Quod tamen hodie mutatum forensi usu generali Germaniæ scribit *Wesenb. ad § 6. inst. de inut. stip. ex Fort. Guarz, de pact. Treutl. disp. 28. Vol. 2. sub tb. 4. lit. a.* & tam mutum hodie ut & absentes per scripturam vel procuratorem recte obligari *Hering c. 7. n. 1. 9. & seqq. ubi idem de surdo asserit n. 156. idem c. 11. n. 11. n. 76. n. 90. Hillig. in Donell. enucleat. part. 1. lib. 15. c. 48. lit. C.*

XVII.

Et sic consideratis ijs qui natura minus idonei: venimus ad eos quos status subtrahit. Et illi vel pace, vel in militia, ibi vel profano dignitatis statu ut curialis *l. 30. C. de loc. & cond.* vel servitutis ut servus qui non nisi de peculio fidejubeat *l. servus 19. cum l. seqq. ff. de fidej.* qui jure pro nullo habetur *l. 32. de R. I. l. 1. 41. de V. O. et ff. & inst. de serv. stipul.* vel Ecclesiastico ubi clericus & monachus qui servo sæpè cõparatur *Schneid. ad § fin. de jur. person.* Vetantur *nov. 123. c. 6. per tot.* & cum expressè prohibeantur, & etiam illi qui tales acceperunt pæna digni judicentur & ipso jure illæ fidejussiones nullæ pronuncientur *in d. Nov. 123. sine periculo dissentire poterim9 à Treutl. vol. 2. d. 28. tb. 2. lit. e. Franc. c. 2. n. 218.* ibique allegatis statutibus quod clerici quidem fide jubere non possint, accepti tamen obligentur quia quæ contra ll. fiunt inutilia & pro infectis habentur *l. 5. C. de leg.*

XVIII.

Sed hoc de jure civili, canonibus verò & nostro seculo id esse temperatum testatur *Hering. c. 7. n. 267.* ut si necessitas requirat, (quod unum tamen *in d. Nov. 123.* etiã exceptum) tum enim est Clericus sive dispensator pro salute ecclesiæ suffragijs omnium intercedat *c. n. p. l. ve*

venit. *Lextr. de fidej. vel si in rem suam ut nos. in cap. dilecti de arbitr.*
si per se invicem & licentiam faciente majori parte Capituli sive Ab-
bate *d. c. quod quibusdam c. ex rescript. extra de jurejur.*

XIX.

An verò Parochi & Pastores nostri Augustanæ confessionis ea
lege teneantur disquirat *Hering. d. l. n. 269.* & eos, ut à Clericis diversæ
condirionis absolvit, cum secularibus negotijs, quo ad honesta com-
mercia ipsis non sit interdictum & habeant proprium patrimonium
de quo testari ipsis concessum ut *Phil. Melantb. in epit. Moral. Phil.*
mibi pag. 195. contendit. Quod puto distinctè accipiendum.

XX.

Pertractatis his qui sine facto suo fidejussioni non sunt apti, vt-
dendi, qui sua culpa facti sunt minus idonei *l. 12. § ult. de tut. & curat.*
dor. qualis Prodigus l. is cui 6. ff de V. O. qui furiosi comparetur l. 7. §
12. ff quibus ex caus. in poss. eat § l. 40. de R. I. ac ideo ne quidem natu-
raliter stipulanti obligatur *l. 70. § 4 ff de fidej.* Est autem Prodigus, qui
neque tempus, neque finem expensarum facit, sed bona sua dilapidat
l. 1 ff de curat. furios. & ideo bonis ipsi interdictum *d l. 1.* Non enim
hodie ut olim ipsa lege interdicitur *l. 5. §. 1. de adquir. hered. § d. l. 1. de*
sur. furios.

XXI.

Huic accensent ebrium qui sua quoque culpa mente quasi ce-
cidit, unde ipsius delirium voluntaria à Seneca dicitur insania. Qui
quoque cum ea quæ agit nullius sunt momenti *c. unusquisq. in vers.*
ebrius quæst. 4. C. sane 15. quæst. 1. unde à pacto repellitur *Borch. c. 3.*
n. 13. de pactis Forst. c. 5. cum alleg. de pactis à stipulatione Gædd. c. 7.
conclus. 9. pr. de contrab. stipul. à fidejuss. arceatur Hering. d. c. 7. n. 119. uno
de & mitius in delictis punitur *l. omne delictum § per vinum de re milit.*
l. 12. de cust. & exhib. reor. l. 11. § 2. de pan. exaudiendum autem hoc de
enormi ebrietate *Geil. lib. 2. Observ. 110. n. 24 & seqq.* His jungitur qui
ob proprium facinus bannitus imperij est *Hering. d. c. 7. n. 599.* qui
nec stipulari potest *Gædd. d. c. 7. conclus. 3. & 4. de contrab. & com.*
stipul. cum omni jure civili exutus ut ex Ordin. camer. part. 2.
xii. 9. § so jemand demonstrat Nincting de regim. sic. lib. 1. class. 5. c.
6. § ult. cui fere respondet illicui aqua & igne interdictum l. 11 ff de
panis. quapropter & ille ut qui civilis juris non particeps repel-
litur.

B

Ceteros

XXII

Cæteros quos lex fidejubere non tam vetat, quam tales fidejussores acceptare dissuadet. ut studiosum, & qui fori præscriptione utuntur *l. 7. qui satisd. cog. legatum l. 39 § ult. de judic. Nicolaus Vigel. part. 5 lib. 17. c. 8. in Meth. jur. fiscum quem difficulter conveniri assernit Her. c. 7. n. 270. arg. t. t. C. ne liceat potentioribus l. 1. C. si rector. provinc. Consiliarios principum Natæ cons. 143 n. 10. ab Hering. alleg. ob majestatem. Procuratorem litigiosum *l. 2. qui satisd. cog. excommunicatum cum adhuc capax juris civilis Hering. d. c. 7. ex Bart. in l. publicorum ff de publ. judic. & quos cæteros hic perstringere congruum fuit, Uno hoc Monitu omnes hos si acceptentur obligari Qui n. prohibitus non est, admissus videtur arg. *l. 1. § 1. ff de procur. & quod qui tales semel accepit, cautionem aliam exigere non possit l. 10. qui satisd. cog. l. 3 ff de fid.***

XXIII.

Finalis causa, cum prior sit intentione, & ut externæ causæ econjungantur, hic meritò subnectitur. Et est, ut creditori diligentius cautum sit. *pr. Inst. h. t. cum conferat plures habere obligatos l. 3. § fin. ff de liberat. leg. ut id, quod mutuo datum, in tuto sit l. 1. § 8. ff de O. & A. § fin. Inst. de replic. Alias enim & qui promittit, cavet l. sancimus 3. C. de V. S l. 6. ff eod. Schneidvv. ad pr. hic. n. 13. fin. Exinde est quod si de dando fidejussore conventum, pignus invito creditori dari non possit *l. ult. ff de usu & habitat. l. 1. § 1. si cert. per l. 7. de prator. stipulat. Heig. part. 1. quest. 28. n. 17. & 22. Treutl. vol. 1. d. 5. 1b. 2. lit. a & d. Cum beneficium invito non detur *l. fin. C. unde legit. §. l. 69. de R. I. § praterca Inst. de action. & obligatio: semel constituta non mutetur l. 45. § 1. & 2. Mandat. l. 5. C. de O. & A. Cum quoque pignora aliquando seriùs distrahere, quàm sponforem ad solutionem compellere possimus *l. ult. § 1. C. de jur. dom. impetr. quippe qui jure veteri ante reum conveniri poterat l. 4. C. de fidej. Philipp. Matth. ad l. 25. de R. I. Cum & in pignore asservando majus periculum *l. 19. Spen. ad L. Aquil. Franc. s. 4. conclus. 7.*****

XXIV.

Post causas externas interna prima, Materia, quam introducenda forma præsupponit, sequitur: & est omnis obligatio § 2. *Inst. h. t. l. 8 § 1. l. 56. § 3. ff eodem rã futura. l. 6. in fin. cum l. seqq. & l. 55. ff h. t. quam præterita d. l. 6. in fin. h. t. tam pura quam conditionalis l. si debitor*

debitor 47. § 1. b. i. si principalis siue accessoria l. 8 § ult. b. i. tamen non
fit accessio accessionis, sed prior accessio fit principalis ratione tertie
accidentis Hillig. in Donell. enucl. part. 1. lib. 15 c. 48. lit. e. siue honora-
rio jure profecta l. 1. de const. pec. in summa omni obligationi, ut dixi,
accedit l. 1. ff. b. i. modo honesta jurisq; autoritate suffulta l. non dubi-
um C. de u. l. 1. l. 46. b. i. Heig. hic ad § fin. l. 7. § 3. & seqq. ff. mandat.
qua restrictione omnia ea elidere placuit, quæ DD. hic solent latè di-
ducere, quibus scilicet fidejussio accedere non possit; Ut si quis pro
liberto ad operas præstandas, qui libertus non est, fidejubeat l. 56 pr.
ff. h. t. si pro dote intercedat conservanda l. 1. & t. t. ne fidej. dot. dentur.
quod & à marito oblatum fidejussorem extendendum puto cum &
hic eadem adhuc pugnet ratio, nempe suspicio diffidentie l. 2. C. ne fid.
dot. dentur. nisi vergat ad inopiam quod tamen ipsum æquitate practica
magis adinventum quam lege suffultum, pro dote tamen restituenda
datur fidejussor l. 7. pr. ff. de except. l. unica § 7. C. de rei ux. act. Harpr. ad
§ 1. b. i. n. 10. & seqq. ubi dissentientes. Vel si quis pro se ipso fidejubeat
l. 21. § 1. b. i. & qui similes casus.

XXV.

Rectè igitur spondemus pro sola obligatione naturali l. 7. l. 16.
§ 3 l. 25. ff. b. i. l. 10. de V. O. Quæ, quamvis actionem regulariter non
producat l. 7. § sed cum 4 ff. de pactis. repetitionem seu conditionem
indebiti tamen impedit d. l. 7. § 16 b. i. Unde is qui naturaliter obli-
gatus, si fidejussorem dederit, quasi solvit, ita ut fidejussor & civiliter
& naturaliter obligetur d. l. 25. b. i. Nec tamen ideo in plus, sed tantum
arctius obligatur: quod jus concedit l. 7. l. 16. l. 25. b. i. Sibi namque
imputet, quod pro tali sponderit ut veniã indignus. l. 155. l. 103. de
R. l. cum noverit exceptiones personales non transire l. 7. de except.
imo donasse præsumitur l. quod dictum 33. l. fin. de pact. l. 4. C. b. i. l. 4. de
negot. gest. Nec obit. l. 6. de V. O. cum ibi prodigus non erat obligatus,
neque fidejussor tenebatur l. 16. b. i. sed in l. 25. b. i. erant obligati, id-
eoque nec fidejussori subveniebatur, quod explicatur l. 70. § 4. in fin.
b. i. Franc. c. 3. n. 7. Treutl. vol. 2. disp. 28. tb. 3. lit. b. Et sane si accuratius
perpendimus, & ipsius voluntatem spectemus, ex propria persona &
contractu, sin finem ex alterius persona tenetur. Hillig. in Donell. enucl.
part. 1. lib. 15. c. 48. in not. lit. C.

XXVI.

Rectè porro soli Civili obligationi accedit intercessor § 1. Inst.

B. 2

b. i.

h. t. Ut in literarum obligatione, tam ante quam post bienniū. Quod exercitij ergo *l. i. l. 16. § 3. h. t.* interim jus ejus in pendentem est *d. l. 16. § pen.* Nam si reus etiam ante biennium obligatus *l. 1. l. 2. C. de non num. pec.* Agere enim dicitur ex Chirographo adversarius *l. 3. C. de non num. pec.* cur non & fidejussor, qui sequela rei principalis *l. 5. § 16 ff de Inst. act.* Præsertim, cum & uterque exceptione se tueri necessum habeat *l. 12. § pen. C. de non num. pec.*

XXVII.

Accedit quoque criminali *l. 8. § 3. l. 56. § ult. ff h. t. l. 1. l. 3. de custodia reorum* tam in pecuniarijs *d. l. 1. de custod. reorum l. 70. § fin. h. t.* etiam si in illis flagrans crimen *ad. l. l. quàm corporalibus l. 1. l. 2. l. 4. ff de cust. reor. l. eos 6 § 3. de appellat.* modo crimen non sit atrocius *Sneidov. ad § 1. n. 7. § seqq.* Prius quidem patet filci seu actoris non interesse an à fidejussore vel reo pœna detur, modo detur *l. solutione 23. l. solvere § 3. ff de solutionibus* quo etiam facit *Autb. hodie C de custod. reor.* posterius verò ibi certum est, iudicis maximoperè arbitrium respiciendum *d. l. 1. ff de exb. reor.* ut diligenter ponderet circumstantias personæq; qualitates *l. eos 6 § super 3. C de appell.* quo præsupposito, certum est, & hic fidejussores accipere iudicem posse *l. 2. ff § l. 5. pr. C. de custod. reor.* Nec exinde sequitur, quod corpore fidejussor luat, sed pecunia, *l. 3. 4. ff de cust. reor.* modo non ipsius dolo reus aufugerit: ibi enim extra ordinem puniendus *l. 13. § ibi DD. ff de fidej.* Omnia autem hæc dicta sunt de carcere custodia, non pœnæ *Harpr. ad § 1. n. 27. h. t. Inst.*

XXVIII.

Altera interna causa forma est stipulatio *l. 5. § 2. de V. O. l. 2. § pen. de adm. rer. ad civ. pert. l. 12. C. de fidej.* unde inter absentes fidejussio non contrahitur *l. 1. C. de V. O.* in quo quid hodie tritum diximus sub *tb. 16.* Inde quoque creditori contra intercessorem ex stipulatu competit actio *l. 2. l. 17. h. t.* Unde semper ea præsumptio, ut si scriptum quempiam fidejussisse omnia esse solenniter acta iudicetur *§ fin. Inst. h. t.* Unde porrò si quis in plus fidejubeat, quam reus debet, in concurrentem summam tenetur *l. 27. § 5. de pact. l. 1. § 4. de V. O.* Cum idem & in stipulatione, cujus species fidejussio *l. 5. § 2. de V. O.* obtineat *d. l. 1. § 4. de V. O.* Cum idem quoque in affini mandatore *l. 22. Mand. in constituyente l. 11. § 1.* in affinibus diversum jus rationem aliquam civilem præsupponit *l. 32. ad leg. Aquiliam* quæ tamè hic deficit *Hill. in Donell. enucl. lib. 15. c. 48. lit. H.* Et

Et sic de constituendæ causis: Constitutæ effectus est vel absolutus quo casu sponsor creditori ex propriâ stipulatione obligatus *l. 4. § 1. ff. de fidej. § ult. Inst. de replic. exactionem nulla exceptione impedire vel protollere potest; & id olim apud privatos (à Repub. & fisco enim etiam tû ordo observatus *l. Mosebis .7. de jure fisc. l. 1. C. de convent. fisc. l. 3. § ult. de administ. civil. rer. regulare fuit, ut creditor ante reum, fidejussorem, quem voluerit, elegerit *l. 5. C. b. t. § 4. Inst. b. t. Hodie verò ita demum, si sponsor vel per renunciationem *l. pen. § ult. C. de pact. vel per alios tramites, de quibus post, beneficijs creditorum se exuit, & ibi locum habet legem non suam, sed tuam tibi denegare remedium ut DD. in *l. 1. C. si advers. vend. Quo si accedat, ut etiam in omnem causam, fidejubeat, non modo in sortem, sed & in usuras præcisè tenetur *l. 56. locati l. 68. b. t. Cum alias tantum in id, quod tempore fidejussionis in obligatione esse teneatur *l. 16. pr. b. tit. l. 5. C. de pact. int. empt. § c. l. si mandans 8. C. quicumque in al. pot. l. 10. C. de fid. Treutl. Vol. 2. d. 28. ib. 5. lit. b. Nullum igitur hac vice restat remediû quam mandati actio, quo pertinet negotiorum gestorum actio, *l. 20. de negot. gest. institoria actio *l. 5. § 16. l. 9. § 2. ff. de institor. § c.) que ipsi ipso jure cõpetit *l. 10. § 12. l. 26. § 3. ff. mand. Cujac. 10 Par. C. de fidej. in fin. Hering. c. 15. n. 98 quod patet ex eo, quod hac actione etiam ante solutionem experiri possit, ubi actionum cessio nondum facta Geil. obs. *l. 29. per tot. lib. 2. ut si diu fidejussor in obligatione steterit *l. 38. § 1 ff. mandati l. 10. C. eod. temporis autem diuturnitas toto à judicis pendet arbitrio *l. 1. § fin. de jur. deliber. Si reus bona dilapidet *l. 38. § fin. ff. mand. si ita conventum sit; si fidejussor damnatus *l. 10. C. mand. l. 45. ff. b. t. Wesenb. in Par. hic num. 6. Franc. c. 5. n. 59. § seqq. imò post solutionem, etiam si actiones non concessæ, ex scriptura, qua creditor sibi debitum solutum est factus, agit Treutl. Vol. 2. disp. 28. ib. 6. lit. d. Franc. c. 5. n. 519. cum alleg. Si verò reo in diem vel sub conditione obligato is ante diem vel existentem conditionem solvit *l. 32. ff. de fidej. vel pro invito intercessit *l. 6. § 2. l. 40. l. 53. ff. mandat. l. ult. C. de negot. gest. ibi ante diem vel conditionem; hic omnino actione mandati agere nõ potest arg. dd. ll. Et is effectus absolutus, cui respondet limitatus quo passu non minus ut supra, ex sua promissione tenetur *d. l. 4. § 1. ff. b. t. sed salva tamen sibi retinet fidejussorum beneficia Nov. 4. § Auth. presente C. de fid. l. 3. l. 10. § 2. l. 23. C. de fidej. Limitatio igitur istius effectus******************

cum

eum in beneficijs lateat; & quanquam universa creditori opponantur, partim tamen adversus principalem, ut Ordinis, partim adversus confidejssores, ut divisionis; partim quoque adversus utranque partem vergant ut cedendarum actionum, ordine etiam ea videre operæ pretium erit.

XXX.

Excussionis igitur beneficium ut primo solet opponi, ita quoque hic poni debuit. Et est diligens inquisitio in res sopesve debitoris usq; ad peram ut vocant, ut res ad liquidum reducta doceat, an creditori ex illis satisfieri possit nec ne *l. 1. in fin. C. de cur. l. 2. C. quo quis ord. conven.* Excutere enim diligenter inquirere est, in facultates *l. 42. Mand. l. 2. § 1. si quis omiff. caus. test. Novell. 4. & Auth. Prasente C. de fidej. Geil lib. 2. Obs. 27. Gædd. de contrab. stipul. c. 9. n. 95.* Quod si jam excussis creditori non satisfactum semelq; elisum periculum ad sponsorem redundet; alterum subvenit ^{periculum} divisionis; quo creditor actionem dividere, & à singulis viriles exigere cogitur *l. 3. l. 10. l. 16. C. de fidej. l. 26. l. 51. ff eod. l. 1. § 10 ff de tut. & rat. distab. l. fin. C. de const pec.* Si demum & illud ob causas mox ponendas deficiat tertium succenturiatur cedendarum actionum *l. 11. C. de fidej. § plures Inst. & l. 17. l. 36. l. 39. l. 41. § fin ff eod.* quo & adversus principalem & confidejssores, quos sine hac cessione convenire non potest agit ut *Donell. ad l. 11. C. de fid. demonstr. agere potest l. 13. d. l. 17. ff b. t. Gædd. d. c. 9. conclus. 5. n. 115.*

XXXI.

Verum enimvero hæc beneficia, ut liberaliter indulta, ita quoque prudenter restricta *Cujac. in Nov 4.* exceptionibus nempe vel communibus, vel cuiq; illorum peculiaribus. Illis quidem si beneficijs his renunciatum *Novel. 136. c. 1. l. pen. C. de pact. l. 51. C. de episc. & cler. l. 33. C. de locat. & cond.* fieri autem id per renunciationem subalternam, ut vocant, V. G. renuncio omnibus fidejssorum beneficijs, non verò per generalissimam, quæ frivolas saltem exceptiones aufert *Wesenb. Conf. 10. n. 4.* posse de jure censeri quanquam specialissima omnium sit tutissima *Wes. d. l. 2.* si competentes exceptiones opponere neglectum sit *l. fin. pr. ff de rebus cred. l. 10. § fin. C. b. t. l. 76. de solut. l. 10. § 12. l. 29. in pr. ff Mand. Gail. lib. 2. Observ. 27. n. 2 Franc. c. 5. n. 404. & seqq. 3. si quis nunquam se intercessisse mentitus l. 10 § 1. ff b. t. Franc. d. c. 5. n. 407. Hering c. 27. part. 1. n. 215. part. 2. n. 53 part. 3. n. 24.*

Peculia.

XXXII.

Peculiares verò, Excussionis quidem beneficio sunt, si reus la-
 ceat, nec fidejussor à judice definito tempore eum reducat *Novell. 4.*
& Autb. presente C. b. t. sed hoc ad illū reum non porrigatur, qui in a-
 lia civitate residet, quia etiamnum facilis excussio fieri possit *l. 7. § 1.*
ff. qui satisd. cog. Franc. c. 5. n. 274. si vero etiam difficultas comitetur
 hunc, aliud dicendum. 2. Si notorium reum primum non esse sol-
 vendo *l. fin. ff. de reb. cred. l. 12. pr. ff. de act. empr. & vend. si pater pro fio-*
lio intercessit l. 3. § 4. ff. de minor. l. 8. C. quod cum eo quod in al. pot. con-
tract. Indemnitas autem sponsori hoc beneficium, cum quasi sit ef-
 fectuale ipsius contractus, auferri non potest *Wes. conf. 10. n. 31.* Juramen-
 to porro adjecto tolli hoc beneficium putant *Hering. c. 27 part. 1. n. 45.*
Geil. 2. Obs. 27. n. 23. aliq; innumeri *contr. l. 16. ff. qui satisd. cog. l. fin. C. de no-*
num. pec. l. 11. § 2. de jurej. l. fin. ff. de liberali caus. quibus ostenditur ju-
 ramentum, cum stricti sit juris *Harpr. ad § 4. hic n. 45.* multominus quā
 generalissimā illā renuntiationem, ad non cogitata trahi debere *Frac.*
c. 5. n. 386. idem & plures, si se ut principalem obliget fidejussor idem
 perdere beneficium putant: sed cum ipse *Her. c. 7. n. 17.* & rectè con-
 tendat, unā personam, duarū diversarum vicē in una causa sustinere
 non posse *arg. l. si plures ff. de pact. certè non video quomodo hic unus*
& idem & accessio & principalis esse possit. Annot. Bacchov. ad Treut.
Disp. 28. Vol. 2. tit. 5. lit. c. & d. XXXIII.

l. 52. d. v. o.

c. ex refer. g.
d. in vj.

v. c. 7. f.

Divisionis beneficio peculiares sunt exceptiones hæ, si nō omnes
 sunt solvendo *l. 16. ff. § si plur. Inst. h. t. l. 10. C. eod.* si intercesserunt rē pu-
 pilli salvam fore *l. fin. ff. rem. pub. salv. for.* si pro re indivisibili fidejusse-
 runt, ubi tamen æstimationem ipsius dividere possunt *l. 72. de V. O. &*
demum si alter fidejussorum ob aliquod privilegium obligationi sub-
trahitur l. 48. § 1. ff. b. r. XXXIV.

Et sic absoluta constitutione effectis & operatione ad resolutio-
 nem rectā pergimus. Quæ est vel directa, & ea, vel dissensu, consistit ubi
 re integra quod contraxerunt distrahant § *fin. Inst. quib. mod. oblig.*
coll. l. 58. ff. de pact. l. 35. ff. de R. I. vel in solutione verā, quæ est præstatio
 ejus quod deberur *Cujac. in parat. C. de novat. sive à reo § 1. Inst. quib.*
mod. obl. toll. l. 43. ff. de solut. sive à fidejussore facta d. § 1. Inst. quib. mod.
obl. toll. l. 36. de fidej. vel quasi solutione *Treut. Vol. 2. disp. 29. tit. 1.* quæ
 fit vel stipulatione, vel perimēte obligationē ut acceptilatione quæ est
 confessio esse solutum quod debitum fuit *l. 89. de solut. l. 54. l. pen. de so-*
lut. l. 72.

l. 2. § 2.

luc. l. 71. de fidej. vel saltē alterante ut novatione, quæ est veteris obligationis transfusio Cuj. in C. de Novat. § l. 4 C. de fidej. quo pertinet & delegatio l. 11. de novat. vel sine stipulatione, ut oblatio, depositio & obsignatio l. obsignatio C. de sol. sive in, sive extra judiciū fiant, modo hoc casu conjungantur Franc. c. 5. n. 31. Item pactum de non petendo l. fin. ff. de pact. quod si semel fidejussori proficere incepit, illi invito post auferri non potest non obstante l. 27. de pact. quia ibi vel utrinque vel ad postremum pactus est vel consensit. Item jurejurando rei ratione pecuniæ creditæ præstito tollitur l. 28. § 1. l. fin. § fin. de jurej. l. 7. § 1. de Except. In directa fidejussionis resolutio respondet directæ, qua fidejussor ex improvise sine labore proprio liberatur. Et id fit vel ex parte creditoris, vel parte debitorum. Illius vel incauta imprudentia, dum reo prorogat terminū in scio fidejussore, quem tamen scit protestatū esse non velle ulterius obligari l. 7. C. de loc. & cond. l. 27. C. de fid. l. 13. § 12. ff. locat. l. 18. § fin. ff. de recept. arb. recip. l. 60. ff. b. t. l. 4 C. eod. Treutl. vol. 2. disp. 29. t. b. 4. l. f. vel supina negligētia, ex quâ hinc resultat præscriptio, qua extincta obligatio principalis l. 3. & seq. C. de præscr. 30 vel 40. an. l. 32 ff. b. t. Wes. cons. 14. n. 71. & 84 ibi verò liberatio fidejussoris indemnitate, qui monet idoneum tempus exigendi, dum reus adhuc solvendo sit observare, ille tamen nihilominus in utramq; securus dormiat aurem, donec reus desinat esse solvendo l. 41. l. 52. l. 63. b. t. l. fin. de reb. cred. A parte verò debitorum; rei principalis quidem si professionem mutet l. 6. & ibi DD ff. de tutel. & rat. distrab. ut si ex laico fiat clericus vel mortem oppetat l. 4. qui satisd. cog. Quod utrumque de fidejussore de judicio sisti accipiendum, fidejussoris v. (debere enim dicitur l. 4. de solut. si cum personaliter tantum obligatus, ut si cautum sit, ut uno fidejussore mortuo, alius substituatur è vivis decedat § ut si ita 4. Inst. de V. O. Wesenb. d. Cons. 14. n. 85. alias enim obligationes ex conventionem in hæredes transeunt, etiamsi hæredum mentio facta non sit Vult. ad § fidejussor non tantum Inst. b. t.

Sic spero præcipua, neque enim omnia potuimus, juris fidejussorij argumenta perstrinximus contrarijs plerumque legibus obsequiosæ latitudinis fugam omissis; conflictui eas commisimus. Ne, dum singula fusiùs prosequeremur, nimium molesti essemus. Et sane si disquirendi materiam, cujus nobis fuit propositum, dedimus; ut dedisse in propatulo est, nemo nobis jure succensebit.

ULB Halle 3
003 499 200




SK

Vb 17








B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



DE

ASSORI.

US

IO JURIDICA

Quam

io divino

& autoritate

Consultissimi Jctorum in alma
ina collegij.

ESIDIO

nsultissimi Viri Domini

COLDEBACII

Cod. praeceptoris & promo-
honorandi

examini subjeit

RAUSE Berlino

rchicus.

25 ~~Aug.~~ Novemb.

terio Jctorum.

at à quibusdam fidem falli,

fidiam timeri? hoc unum

eneficia sine sponfore non de-

ec. lib. 3. c. 15. de

enef.



ancofurti

MICHAEL KOCHIUS.

ANNO

C. XXIV.

1624, 1

1

17